DISCORSO ASTROLOGICO

Delle mutationi de' tempi, e d'altri accidenti dell'Anno Bissestile M.DC.XXXXIV.

Del Sig. Gio. Antonio Roffeni.

ALL'EMINENTISS. E REVERENDISS. SIG. e Padron Colendissimo,


IL SIG. CARD. DI VALENSE.



IN BOLOGNA M.DC.XXXXIV.
Presso Gio. Battista Ferroni. Con licenza de' Superiori.

3

5



EMINENTISS.
PADRONE.



Alca le ſtrade dell'eternità la gloria di V. E. ſe viue immortale co i fiati della fama: Vacilla la forza dell'oblio contro il nome del Sig. Gio. Antonio Roſteni, ſe a gli ſplendori delle ſtelle vguaglia la chiarezza del ſuo grido. Temono i tratti della ſua penna i più felici dell'Vniuerſo: Pauentano i moti della Voſtra deſtra i più temuti frà i Guerrieri. Frà le oſcurità de gl'inchioſtri raddoppia egli i raggi alla corona del ſuo merito: Voi frà i lampi delle Sacre Porpore accreſcete terrori al fulmine della Voſtra Spada. Domina sù le carte di quello in Cielo vn'età ferrea il più bellicoſo frà i Numi: Voi in terra autenti-


cate infallibile questa Verità Marte, ma più formidabile, di S. Chiesa. Eccoui, o Eminentissimo, la proportionata giustitia, che mi persuade a consecrare al merito della Vostra Porpora vn'opra della di lui penna, a solleuare all' altezza della Vostra gloria vn glorioso parto della sua Virtù. Non sapeua io meglio applaudere al corso delle Vittorie di V. E. che col dimostrarle pari al corso delle stelle: nè poteua egli bramare appoggio più sicuro al Cielo delle sue fatiche, che la robustezza d'vn'Atlante guerriero, sù le cui spalle riposa il firmamento del Vaticano. Voi intanto, mentre m'inchino al bacio delle Vostre Sacrate Porpore, non isdegnate d'aggradire nell'opere altrui i giusti impulsi della mia deuotione, che mi sforza a farmi conoscere

Bologna 9. Gennaro 1644.

Di V. E. Reuerendiss.

Deuotiss. & Humiliss. Seruitore

Lorenzo Grimaldi.



LECTORI

Laurentius Grimaldus.



PRodit in lucem poſthumus Liber Excellentiſs. Io. Antonij Roſſenij Viri eruditiſsimi, & in Mathematicis tam facilè ſui temporis primi, ſicut in omni alio litteraturæ genere ſecundus extitit nulli. Prodit eorum pignus, ac prodromus, quæ imprimẽda ſuperſunt: nec .n. par eſt cum homine mori; qui cũ viueret Aſtra dimetiens, & verſans, ille ſanè pin-

gebat


cate infallibile questa Verità Marte, ma più formidabile, di S. Chiesa. Eccoui, o Eminentissimo, la proportionata giustitia, che mi persuade a consecrare al merito della Vostra Porpora vn'opra della di lui penna, a solleuare all'altezza della Vostra gloria vn glorioso parto della sua Virtù. Non sapeua io meglio applaudere al corso delle Vittorie di V. E. che col dimostrarle pari al corso delle stelle: nè poteua egli bramare appoggio più sicuro al Cielo delle sue fatiche, che la robustezza d'vn'Atlante guerriero, sù le cui spalle riposa il firmamento del Vaticano. Voi intanto, mentre m'inchino al bacio delle Vostre Sacrate Porpore, non isdegnate d'aggradire nell'opere altrui i giusti impulsi della mia deuotione, che mi sforza a farmi conoscere

Bologna 9. Gennaro 1644.

Di V. E. Reuerendiss.

Deuotiss. & Humiliss. Seruitore

Lorenzo Grimaldi.



LECTORI

Laurentius Grimaldus.




Rodit in lucem posthumus Liber Excellentiss. Iò. Antonij Rossenij Viri eruditissimi, & in Mathematicis tam facilè sui temporis primi, sicut in omni alio litteraturæ genere secundus extitit nulli. Prodit eorum pignus, ac prodromus, quæ imprimēda supersunt: nec .n. par est cum homine mori, qui cũ viueret Astra dimetiens, & versans, ille sanè pin-

gebat

gebat æternitati. Occubuit tamen tantus Vir die 7. Decembris 1643. octauam intra, & nonam horam noctis subsequentis, ex tetragono Lunæ, & Martis aspectu; Eadem nocte, & hora eadem, qua Luna à die decubitus 14. applicabat ad corpus Martis. Sol cum spica Virginis in ascendente ostendit, quàm gratus fuerit Principibus. Stellæ regiæ in Corde Cœli, & Regulus in vndecima Cęli domo demonstrant, num Principes amicos habuerit, & an apud illos in pretio fuerit. Mortuus anno ætatis suæ 60. mense 1. & diebus 17.

Hæc

Hæc te ſcire meum erat, quippe qui & vnica ſtudiorum ipſius ſum ſoboles, & morientis munere ſcripta omnia Præceptoris poſsideo; & ne illius, cuius Nomen viuet perenniter, memoria fraudetur interitus.



IN

IN NOMINE DOMINI, & B. M. V. & S. F.

De Anno Bissextili.



Aesaris annua obseruatione, singulo quarto quoq; anno bissextilẽ annum colligimus ex sex illis horis, quas supra 365. diebus superesse alias diximus probatum, multiplicatis enim sex horis per 4 fiunt horæ 24. quæ diem integrum naturalem constituunt, hunceque quarto anno applicamus, & tũc annus ille cõstat ex diebus 366. bissextilisque, siue intercalaris, quasi dicas interposititius (intercalares enim Veteres appellabant, quod nos interponere) annus dicitur. At si talis esset annus, qualis à Cæsare fuit institutus, ex 365. diebus, & horis 6. integris, profecto nullus sequeretur error in Calendario, sed facta intercalatione per singulos quatuor annos, omnia recto cursu procederẽt. At quoniam non ita res se habet, ideo vsq; ad tempora nostra anticiparunt æquinoctia per dies 16. quare factũ est, ne amplius error iste irreperet, vt Gregorius 13. Pontifex O. M. felicis recordationis, & tantæ famæ & maximi nominis (cuius exemplaris vita extat apud Historias, & vltra montes, in Vrbe magna, & per totum mundum exteræ nationes illius nomen colunt, & venerãtur) æquinoctia ad propriã sedem, vbi erant tempore sacri Concilij Niceni restituere excogitauerit, ac reduxerit, decem dies tantũ ab anno 1582 subtrahẽdo, firmamq; sedem statuẽdo æquinoctijs in posterum hoc de bissexto perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter, seruato canone, ab ipsoq; in Bulla correctionis Calendarij apposito, cuius verba sũt hæc. Deinde ne in posterum à 12. Calendas Aprilis æquinoctium recedat, statuimus bissextum quarto quoque anno (vti mos est) continuari debere, præterquam in centesimis annis, qui quamuis bissextiles antea semper fuerint, qualem etiam volumus esse an-

num

num 1600. post eum tamen, qui deinceps consequentur centesimi, non omnis sint bissextiles, sed in quadringentis quibusque annis primi quinque tres centesimi sine bißexto transigantur, quartus verò quisq; centesimus sit bißextilis, ita vt annus 1700. 1800. 1900. bißextiles non sint, anno vero 2000. more consueto, dies bissextus intercaletur, Februario dies 29. còntinente, idemq; ordo intermittendi, intercalandique bissextum diem in quadringentis quibusq, annis perpetuo conseruetur. Verū Cæsar non ita punctim considerans, sed tantum intēdens, vt cum cursu Solis annua ratio conueniret, in quātum posset, iussit quarto quoque anno diem hūc intercalari, interserique in mense Februarij, vtpotè qui paucissimis constet diebus, & non finis anni esset, vt tenent alij, hinc eo anno, mensis iste ex diebus constat 29. potissimumq; teste Censorino, interserebatur dies iste intercalaris inter terminalia, festa celebrata à Romanis in honorem Dei termini, & Regifugium, quod erat alterum festū apud Romanos, celebrari solitum 6. Cal. Martijs, quo die Tarquinius Roma profugit & postridie terminialorum celebrabatur, quo die etiam apud nos intercalatur. Temporibus autem Numæ Pompilij, & Catonis, intercalatio fiebat in fine Februarij, quādo scilicet intercalabāt alternis annis dies 22. vel 23. in hoc imitantes Græcos, qui embolismos suos, i. exemptiles mēses sub finē anni superaddebāt, posteriores verò Romani sex diebus anteuertebant post celebrata terminalia, ne veterē religionis suæ (vt scribit Macrobius) morem conturbarēt. Cato putat mensem intercalarem addititium esse, omnesque eius dies pro momento temporis obseruatos, vt etiam faciunt Iurisperiti, qui duos illos dies bissextiles pro vno tantū die ponūt. Vnde dicebat Celsus de verb sig. l. cum bissextus. nihil refert, vtrum priore, an posteriore die natus sit, cum illud biduum pro vno die tantum habeatur, nam duobus diebus cōtinuis numeramus sexto Calendas Martias, duos dies pro vno computant, nam sexto repetito, bissextum vocamus, & diem hunc bissextilem Romanis rebus infaustum, atque atrum semper fuiße scribit Ammianus Marcellinus, sed quo loco sit reponendus iste dies, facillimè per hæc verba retinebis.

Bissextum sextæ Martis tenuere Calendæ
Posteriore die celebratur festa Matthiæ.


Supersedendum est itaque duobus diebus super 6. Cal. Martias, & festum S. Matthiæ, quod deberet illa die celebrari, celebratur autem in sequenti. Inquit tamen Durantes in suo rationali diuinorum Officioru͂, quod non refert, an festum S. Matthiæ celebretur die præcedenti, an subseque͂ti, sed in hoc seruãdam esse consuetudinem præcipit, & huius intercalationis tanta est necessitas, vt si minimè fieret, omnia festa propriam sedem essent variatura, in tantu͂, vt dies Natalis D. N. I. Christi spatio annoru͂ 728. in diem sancti Ioannis Baptistæ incideret, vt autem scias, an aliquis annus sit bissextilis, sed cõmunis, quod si nihil relinquetur annus, erit bissextilis, cautela tamen de centenarijs cõmunibus adhibita, vt ex verbis Bullæ superius adductis elicere licet.

Anni diuisi Domini per quatuor æque
Monstrant bissextum, qua ratione scias.

Cæterum hoc anno bissextili steriliter animalia, & mulieres, & quæ ex eis puerperint, cum difficultate parere testatus est Sauonarola, & quod maius est, ac prodigio simile, cuspide͂ seminu͂, ac nucleorum fructuum maximè appij, quod vocant mali, non ad florem, seu apicem pomi, sed ad pediculum verti. Verum cum ratio huius anni non sit constans, sed voluntaria, quomodo id efficere possit, assequi non valeo: quinimo mihi absurdum videtur, quod ignauu͂ vulgus arbitretur, annos bissextiles fore insalubres, & præ cæteris infortunatiores. Quinetiam ridiculum omnino est, quod Medici quidam tractãtes de balneis, audacter affirme͂t, & alijs persuadere audeant, balnea neutiquam cõferre ægrotantibus in huiusmodi intercalaribus annis, nõ me latet tame͂ Eudoxum (Plinio refere͂te lib. 28. naturalis historiæ cap. 47.) dixisse, omnium rerum redire easdem vices quadrie͂nio exacto, quod quomodo sit verum, tu ipse iudex esto, & de bissexto iam satis, cum copiosè alias scripserim, hoc vnum solum dicam, quod bissextus dictus, vel à bis sexto, vt superius diximus, vel ex bis sex momentis, collectis ex 32. momentis, quibus Sol mouetur in quolibet signo, vltra 30. dies, & ex triginta trientibus recolliguntur

 singu-

ſingulis annis ſex horæ, quæ collectæ per tres annos, faciunt in quarto anno diem biſſextilem, vt legimus apud Anglicũ de proprietatibus rerum. Eſſet tractandum de Cyclo Solari, de litera Dominicali; de Cyclo Lunari, vel aureo numero, & de aliis curioſis materijs circa hæc omnia, quæ tractãtur diffuſius in Summa Paulina, à Luca Gaurico in Calendario Eccleſiaſtico, ab Eraſmo Oſualdo in lib. de ſeptem Calendarijs ſeptem populorum, & alijs, ad quos confugere poteſt, quiſquis vlterius ſcire deſiderat.



Anno

Anno 1644.

Natura homo naſcitur, alitur, creſcit, dormit, ſeneſcit, moritur, quæ omnia ſibi cum cæteris animantibus communia ſunt. Sed bruta quidem, cum animalia ſint coniunctione procreata, natura omninò feruntur. Leo carnibus veſcitur, ſalutiq; ſuæ, ſi quis infert iniuriã, propugnat. Oues herbis nutriuntur, à carnibus abſtinent, nec ab illatis ſe tuentur iniurijs. Comedit terrã ſcorpio, & peſtifero non iniuriantes ſtimulo petit. Formica natura duce hiemis ſuſpicatur incommoda, ſummiſq; laboribus futura alimenta diebus recõdit æſtiuis. Mel operantur Apes, & melle nutriuntur: tandem natura ferri expertia rationis animalia, & ſecundum eam viuere. Soli autem homines, cum & natura ducantur, mentem etiam, & orationem, quæ à mẽte profertur, quaſi præcipuum quoddã donum poſſident, quo non natura feruntur. Non enim vnus cibus eſt omnibus, ſed alij ſicut Leones nutriuntur, alij ſicut oues; nõ eſt vnus vniuerſis veſtitus, non mos, non lex, nõ vnus viuendi modus, non ſimplex rerum cupiditas. ſinguli .n. homines propria voluntate ſibi vitã eligunt, nec vicinos, niſi quantum volunt imitantur, libertas enim hominis ſeruituti non eſt ſubiecta, nam etiam ſi ſponte homo ſeruiat, libertatis ſuæ id quoque eſt, vt poſſit, cum velit ſeruire. humana enim hæc noſtra mens liberam in vtramq partem agendi poteſtatem habet.

Noſtris hiſce temporibus nati ſunt quidam homines, qui audacter ad Aſtrologicas, & genethliacas vanitates intenti ſe diuinari profitẽtur, & ſe licet ipſis nouo vix editi Cælo Vates exiſtimant, ita vt commẽtitijs Poetarum figmentis locum aperiant, ac ſi ſcilicet ex cerebro Iouis tot Pallades nuper ortæ prodierint, quæ Fatorum ſeriem recenſeant, & non agnoſcunt, quam incerta ſit hæc mathematicæ pars, ad cuius incertitudines, & fallacias ſoluẽdas finxerunt & antiquorum, & neotericorum Scholæ multa in tanta verũ varietate, quæ in terra, mari, aere, ad occidẽtem, ad orientem, ad ſeptentrionem, ad meridianum in Vrbibus, inter homines, inter animalia, ſingulis annis, menſibus, diebus, & horis

ris priuatim, & publicè, domi, militiæ, Principibus, Viris, Reipublicæ, & priuatæ eueniunt.

Laborabāt genethliaci magna inopia causarū, quia signa Zodiaci, & numerus Planetarum impar erat multitudini rerum, quæ in toto mūdo accidunt, & coacti fuere fingere in Cælo varia figmenta, varia Astrorum gaudia, antiscia, nouenarias, facies, cursus, carpenta, familiaritates, odia, exaltationes, deiectiones, Alfridaria, fines, applicationes, defluxus, domicilia, loca, pro quorum varietate varios effunderent Sydera effectus.

Quare Cardanus libro de iudicio Geniturarū cap. 16. ex hoc inquit patet causa, cur tot inuenerint nugas, partes, facies, nouenarias, quia non poterant tot rebus, quæ homini eueniunt, situ solum septem Planetarum satisfacere, vnde hæc figmēta inuenerunt. Alij Apollinem cum Musis, alij Augustum Cæsarem, alij Tiberium, alij Nilum cum sexdecim filijs, alij alia ludibria spectare sibi videntur. Nā quemadmodum in marmoribus natura aspersis varijs coloribus nihil aliud est, nisi commixtio diuersorum, variorumq; humorum, ità in genituris, in quibus nihil aliud est, quā stellarum situs, & lineamēta quædam Astrologi, & Reges, & Pontifices, & Poetas, & Historicos, & honores, & dignitates, opes, & Vxores, & liberos vehementi sibi fingunt mentis agitatione. Sanctus Augustinus hoc docet optimè lib. 20. de Christiana doctrina. Cardanus lib. de reuolutionibus. si optima genitura pessima iudicatur, pessima iudicatur optima: & exemplo videmus asserētes vires astrorum debilitari, aut confirmari, acui, vel retundi, quando exaltantur, aut deijciuntur, quando sunt nocturna, vel diurna, quando domi suæ, vel in aliena morantur, quando suos habent fines, aut ingrediuntur alienos, quando matutina, aut vespertina sunt, quando cosmico, aut natali oriuntur heliaco, quando australia, aut septentrionalia sunt, quando in signis masculinis, aut fœmininis, pigris, aut deiectis, quando benigno aliorum iuuantur aspectu, aut maligna radiatione perstringuntur, quando gaudēt, aut tristantur, quando genesi dominātur, aut alijs inseruiunt, quādo supra, aut infra terram discurrunt, quando in loco sunt à maligna stella infecti,

fecti, vel soluti, & liberi, alijsq; centum mille modis, diuidendo Cælum vniuersum in duas partes ab Ariete ad Librā Solem exaltari, a Libra ad Arietem deijci, Lunam exaltari in Tauro vsq; ad Scorpionem, deijci à Scorpione vsq; ad Taurum, aliosq; Planetas in alijs signis deijci, vel exaltari, vt optimè notat Ptolomæus lib. 1. de iudicijs cap. 9. & in exaltatione Astrorum maximas esse vires, in deiectione exiguas: Iterum diuidunt in duodecim domos, tribuentes Soli Leonē, Lunæ Cancrum, aliasq; domos alijs Planetis, qui ex illis potissimum vires suas exercent, vt ex Firmico colligunt cap. 21. 22. 23. addendo directiones varias, reuolutiones multiplices, Alfridaria, & Absides, caudā, caputq; Draconis triangula dextra, sinistraq;, quadrata, antiscia, aliaq; innumera, vt ex libris Cardani, Belantij, Gaurici, & aliorum. Mutat faciē hæc doctrina, quasi monstrum; quasi Protheus varia, & similis Acheloo se vertit in Leonē, in Aprum, in Draconem, in ignem, in Auem, in Quercum, in Aquam. Non tot Camaleon induit colores. Alia est apud Hæbreos, alia apud Chaldæos, apud Aegyptios alia, alia apud Persas, ab his omnibus dissentiunt Arabes Albumasar, Auerodam, Zahel; nec Arabes probant Græci, nec Græcos Latini: aduersus antiquos Astrologos stat Ptolomęus Alexādrinus, hunc refellit Albumasar, aduersus vtrumq; disputat Auenzoar, veteres omnes reicit Cardanus lib. de iuditijs Geniturarum cap. 16. lib. de reuolutionibus cap. 7. lib. de restitutione temporum cap. 11. contra Cardanum faciunt omnes recentiores. In quæstione, quæ est præcipua de vitæ spatio Ptolomæus lib. 3. quadripartiti cap. 14. docet posse esse Aphetas Solem, Lunā, horoscopum, sortem, & dominum horum locorum, puta Solem, Lunam, horoscopum, & partem fortunæ. Cyprianus Leonitius totus diuersus abit. solū dirigit horoscopum, omisso Sole, & Luna, & domino horum locorum. Ptolomæus Aphetas ad Anæretam secundum ordinem signorum, & recētiores alio modo cum maxima dissensione inter cæteros Astrologiæ magistros præclarissimos de domorum potestate, & Iure. Sunt qui à Luna in septima cælibatum significari dicant, contra alij vxorem sterilem, alij vetulam putant

indi-

indicare, & alij magis contendunt significari plures Vxores. Ptolomæus Lunã in signo vnius figuræ, & vni tantum per aspectum applicantem Planetæ vnam vxorem dare. Arabes, & Latini à sexta domo seruos indicant; Aegyptij ab ea, quæ à sexta plurimum distat.

Morbos à septima, & à prima significari putat Ptolomæus, cæteri à sexta

In quinta domo Arabes, & Latini quærunt filios: Ptolomæus in decima, & vndecima: Porphyrius in decima domo natorum fortunam, & parentum notam suspendit.

Secunda domus signficat subitam spem recẽtioribus, vt Cardano lib. de iudicijs Geniturarum, apud veteres diuitias.

De Coniugijs omnes ab occidente diuinari, Aliodorus à Medio Cæli, Ptolomæus negligit vtrumque.

A tertia Cardanus, & Recentiores itinera coniectantur, & labores, alij hæc peterent à nona: ita vt fatendum sit nullis Astrologiam constare certis experimentis, cum alij vnam, alij aliã sequãtur rationem, alij has, alij illas seruent obseruationes, hi negligant istas, illas illi sanctiones apertè profiteantur, nullamq; certam esse ex stellis præsagiendi disciplinam. Nesciunt Arabes monomorias, quas irrident Græci, venerãtur Aegyptij. Nulli rei magis credunt Astrologi nostrates, quã directionibus, & reuolutionibus, & ijdẽ fatentur in qualibet genesi plurimas esse directiones, & reuolutiones irritas, vt in Genesi Ferdinandi Imperatoris, qui natus est anno 1503. die 10. Martij h. 9. 50. Caroli Quinti Imperatoris, qui posteritati admirationem, & inuidiam propriæ reliquit fortunæ: in Genesi Elisabeth Reginæ Angliæ, quæ orta est anno 1505. die 8. Septembris h. 12. 4. & alijs innumerabilibus, quorum directiones fuere irritæ, & inanes.

Hieronymus Cardanus lib. 100 geniturarum 41. ea, quæ de Francisco Sfortia Mediolanẽsium Duce anno 1481. die 23. Iunij h. 0. 20. post occasum nato ex natalitijs stellis colligerẽt, fateatur ingenuè eadem de eo enũciari potuisse, si vno die ante eadem hora natus fuißet.

Martini Lutheri hæresiarchæ variæ circumferũtur geni turæ

diuer-

diuersæ ab ea, quam ponit Cardanus lib. cit. ex omnibus tamen eandem vitæ improbitatem, proditionem religionis, eamdem impietatẽ, eamdem labem morum, eumdem vitæ exitum deducunt.

Audiamus Tichonem Brahe celeberrimum Astronomiæ restauratorem in libro de noua Stella hac de re differentem. Silẽtio, inquit, præterire non possum, quam inconsideratè tam Gauricus, quam Cardanus natalitium Lutheri tempus vna cum superinstructo huic cælesti schemate designarit. natus est anno 1483. die 10. Nouembris hor. 1. ante mediã noctẽ sequentem, vt habet Kalendarium Heberi, cum tamen Gauricus integro anno post natiuitatem eius assignet: & licet Cardanus quo ad annum rectius sẽtiat, tamen ambo aberrarunt. eueniunt enim multa naturali potius via, quam influxu. Apud Seras lex erat, vt inquit Bedoarzanes Syrus, nec occidere, nec furari, nec fornicari, nec adorare simulacra: vnde in illa regione nullum templum conspiciebatur, nulla mulier meretrix, nulla adultera, nemo fur, nemo homicida; nec voluntatem alicuius illorum ardentissima stella Martis in medio cæli constituta ad cadẽ hominis coegit, nec Venus Marti coniuncta, vt alienam quispiam suscitaret Vxorem; & singulis diebus Martem in mediũ Cæli peruenire necesse est, & in tanta regione singulis horis homines nasci non negandum. Apud Indos multa millia hominum, qui tam traditione Patrũ, quam legibus nec simulacra colunt, nec amara comedũt soli Deo attendentes, nulli tamen Planetarum, quos fælices, ac bonos appellant, à cæde, ac sceleribus prohibent.

Apud Persas fas erat filias, sorores, matres quoq; ipsas in matrimonium ducere, nec dici potest in terminis in domo Saturni cũ Saturno ipso in natiuitatibus omnium Martem aspicientem Venerem fuisse.

Apud Getulos mos erat à mulieribus agros coli, ædes ædificari, cæteraq; opera suo fieri arbitratu; nec accusantur a maritis, nec adulteræ appellãtur, nec omnes apud eos natæ fæminæ in Capricorno, aut Aquario male affectã Venerem habuerunt, nec in Ariete vna cum Marte constituta Venere natæ sunt, quod fortes simul, & delicatas efficeret.

Mulieres in Bactris ornatu, & vnguentis vtuntur, & pompa equitantes exeunt, nec in natiuitate habere Venerem cum Ioue, ac Martem in medio Cæli, & termino Veneris necesse esse dicendũ.

Medi omnes cura alunt Canes nõ parua, cum quibus morientes homines adhuc spirantes proijciunt, neq; omnes in natiuitate diurna Lunam cum Marte sub terra in Cancro habuerũt. Indi mortuos cremant, quibus cum sponte Vxores concremantur, nec omnes, quæ spõte rogum mariti ascẽdunt mulieres in natiuitate nocturna Solem cum Marte in termino Martis in Leone habuerunt.

Plurimi Germanorum laqueo gulã frangunt, nec est possibile omnes, qui ità suspenduntur, interceptam à Saturno, atque Marte Lunam habuisse. Quid plura? Singulis horis apud omnes gentes homines nascuntur, vbique autem leges, atque mores propter liberam hominis potestatem præualere videmus, nec natiuitas aliqua volẽtes Seras ad homicidium compellit, aut Bracmannas ad esum carnium: nec Persæ a sceleratis nuptijs remouentur, nec Indi à rogo, nec Medi à canibus, nec Parthi à multis Vxoribus, nec à castitate Mesoponienses fœminæ. Nec Græcia abhorruit à gymnasijs, nec Roma dũ imperabat, nec gentes omnes, quas barbaras appellamus, musarum reprobant cognitionem. Singulæ quoq; gentes, vt volunt, & quando volunt libertate sua vtuntur, legibus, moribusq; obedientes; naturam quoquè ipsam, quæ corpus homini dedit, sequentes interdum spontè, sæpius etiam coacti: vbiq; .n. diuites, atq; pauperes, Principes, & subditi, sani, & ægroti, nemoq; ipsorum necessario natiuitatis fato hæc consecutus est, sed vel sortis hæres parentum, vel meliorem ingenio plerumq; sibi comparauit fortunam.

Sufficere hæc possunt ad demonstrãdam scientiæ incertitudinem, & vanitatem. Vnde colligimus multa naturali euenire ratione, & legibus, quæ falsò tribuuntur Astris: nec tantoperè affirmandum est de certitudine scientiæ, quæ toties errare potest, quoties homines non natura, sed proprio duci velint arbitrio. Si plura quæris, lege doctissimum Virũ Sextum Frisium ab Heminga in exemplis 30. geniturarum, in quibus inextricabiles Astrologiæ detegit errores.

Verum si & illis, quæ diximus respondere, & ea omnia in Astrorum vires reducere vellemus, perfacile esset, sicuti æque mirabile percurrere genituras factas, & Astrologicas prædictiones, quas magna hominum admiratione exitus comprobauit. Cardanus, Gauricus, Iuntinus, & multi alij maximi nominis Astrologi proferunt mirabilia exempla verarũ prædictionum Põtificum, Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum, quæ & priscis experimentis fidem conciliant, & in posterum benè prædicendi spem faciunt non minimam.

Quo die natus est Augustus, in Curia agebatur de Catilinæ coniuratione. Octauius Pater, cum serius in Senatum venisset, vxorisq; puerperium excusasset, Publius Negidius per illa tempora clarissimus Mathematicus, cum partus horam cognouisset, affirmauit Dominum terrarum Orbi natum. Quamobrem Augustus postquã Imperio potitus est, natale thema euulgauit, descriptumq; stellarum ordinẽ, sub quibus natus erat, argenteis numis in vulgus dedit. Sub eadem fermè constitutione cælesti siderum Cosmus Medices, qui Florẽtinorũ Dux electus fuit, venit in lucẽ.

Nero, qui natus est anno Christi 38. die 14. Iunij in ipso ortu Solis ab Augusto in Insulam Rhodum relegatus, ibi plurimam huic doctrinæ Thrasillo magistro operam impendit: quem in rupes quasdam inductum aliquando, quid sibi astra portenderent, sciscitatus fertur, cui Thrasillus, cum Imperium Romanum, magnamq; fælicitatem Cælum polliceri respondisset, iterum Tiberius interrogauit, num suam quoq; genitalem horam comperisset; diem, & annum quotum ageret. Ille positus siderum, & spatia dimensus hærere primò, deinde pauere, & quantum introspiceret magis, tanto magis timere sibi cæpit, tandem exclamasse dicitur ambiguum sibi, ac propè vltimum discrimen à Tiberio instare: Tum complexus eum Tiberius benè conscius periculi, in quod ipsum disposuerat, incolumen fore spopondit. Hoc idem, quod Thrasillo contigit etiam Gaurico celeberrimo, qui cum Ioannem Bentiuolum hortaretur, vt ad pedes Iulij 2. se reciperet, secus cum suis omnibus profligaretur, soloq; ædes suæ æquarentur, ipsius iussu tormentis affectus est, quæ omnia

multò ante præcisè à Coclite Bononiense illi prædicta fuerant, sicuti è conuersò Gauricus amico carissimo violentam mortem enutiauerat, quam occisus postmodum subijt.

Sed necesse erat eo tempore habere ingenium acutissimi Cardani, qui dum tractaret genesim Catherinæ Medices Vxoris Henrici secundi Gallorum Regis, qui violento casu perijt, in hæc verba prorupit. Quo ad Regem vetor à fatis quidquam dicere. Cum enim natus esset anno 1519. die 30. Martij h. 19. 9. P. M. mortuus fuit anno 1559. Iulij die 30. cum alter ex oculis à suo antagonista in certamine equestri esset effossus. Horoscopus occurrens corpori Martis indicauit fatalem annũ, & omnia loca præcipua eodem anno fuerunt infecta. De altero Henrico 3. pariter Gallorum Rege, qui a suo Mathematico sæpissime monitus, vt sibi caueret, tandem anno 1589. in proprio cubiculo miserrimè multis vulneribus confossus est, habemus exemplum. Et est mirabile pariter de Henrico 4. Rege, qui ab omnibus suis Mathematicis, & Astronomis multo ante, quam casus accideret miserrimus, præcipue à Buombaste, Coiffier, la Brossa, & a Pezelio, vt sibi caueret in anno 1610. de mense Maij, neglectis omnibus in publica Via eodem tempore, eodem die, & hora eadem, quam omnes prædixerant metuendam in proprio curru à sicario impijssimo vulnere occisus est.

Videant posteri quam optimum fuerit illis Regibus cum nomine mutare fortunã, ne qui felicissimè omniũ vixerint, miserrimo omnium etiã fato occubuisse dici posse videantur, & qui dum viuerent aliorum dominabantur fortunæ, alienæ sortis fierent in morte plerumque ludibrium. Taceo de alijs Regibus, & mortuis, & adhuc viuentibus, cuius Geneses ad hominum manus percurrunt. De Nerone Claudio Cæsare, de quo Astrologus, qui inspexerat sydenum cursum respondit, ipsum Romæ regnaturum, sed matrem occisurum, cui Agrippina mater hoc audito, interficiat, respondit, modò imperet. Taceo pariter de Domitiano, Vespasiano, Nerua, & Adriano, de quibus Suetonius loquitur. Omitto ceteros illos gentilium Imperatores, & venio ad Ioannem Picum Mirandulæ Comitem, virum & generis nobilitate

litate, & splendore, & doctrinæ copia posteris omnibus commemorandum, quem, cum in duodecim libris Astrologicas rationes, & refellere coactus esset, & vanitatis accusasset, Astrologi ad experimentū prouocarunt, & inspecto eius genethliaco trigesimo tertio ætatis anno illum à viuis emigraturum vno omnes ore indicarunt. nec eos fefellit euentus. illo ipso anno decessit Vir immortalitate dignissimus. quo vno experimento existimarunt omnes Astronomi duodecim illis libris, quos aduersus Astrologiam euulgauerat, responsum satis.

Iisdem temporibus viuebat Hieronymus Sauonarola, quo infensiorem nō habuit hostem Astronomia. Igne periturum prædixerat insignis illorum dierum Astronomus, præsagijque vanitatem viribus omnibus verborum demonstrare conabatur, quod exitus comprobauit, Viuus.n.Florentiæ combustus lucem attulit sciētię, quā tantūdem contēderat sub vmbra Vanitatis inuoluere.

Mortuo Leone 10. Pontif. Max. quæsitum fuit ex Paride Ceresario Mantuano Astrologo per illa tempora celeberrimo, an Cardinalis Farnesius ex Astris aspirare posset ad Pontificatum, qui in hæc verba, vt Cardanus refert, respondit. sydera pro nunc nō sunt disposita, sed in aliud tempus erunt benigniora, pollicentur enim assumptionem ad summum gradum anno 1534. ob directiones Solis ad trigonum Mercurij cum testimonio Iouis, & Saturni, quo anno ille renuntiatus fuit summus Pontifex: Nec fuit mirum, vt refert Cyprianus Leouitius lib. 8. suor. aphorismorum de violenta morte Petri Aloysij Pauli tertij filij ex genitura referre; ex qua Lucas Gauricus, Lucius Belantius, alijq; permulti necem die 10. Septembris anno 1547. Placentiæ patratam multo ante prædixerant: Quorum suasu Paulus 3. litteras illi dedisse fertur, quibus significauit, vt caueret à die 10. Septembris, quo interemptus fuit. Sub hoc tempus ipsum inquit Sleidanus lib. 9. suorum commentariorum, Aloysio scribit Paulus 3. Pontifex, vt caueret ab illa die, Astra enim pronuntiare aliquam insignem cladem. Acceptis ille litteris erat in metu, & cum dies illa venisset magno cū comitatu lectica deportatus ex Arce egreditur, vt Vrbis munitionem, quam instituerat, videret.

deret.

deret. Aderant coniurati, sed cum ibi minimè possent, quod vellent, exequi, subsistunt, & redeuntem domum comitātur, & tāquam offitij causa præcedunt: vix autem in arcem peruenit, cum ipsū strictis pugionibus petunt, iteratisq; vulneribus cōfodiunt.

Omitto Genesim Alexandri Medices Florentinorum Ducis, quam Ciprianus Leouitius, Cardanus, Basilius descrībunt; Caroli Quinti Imperatoris, & aliorum: Marcelli Ceruini Pontificis, qui ex Hermete natus est anno 1501. 6. Maij, cuius Pater Astrologus totus lætus publicè dixit. hodie est mihi natus summus Ecclesiæ Antistes. Sileo de Clemente 7. de Iulio 2. de Alexandro 6. de Paulo 2. de Leone 10. qui à Iulio 2. factus Legatus in exercitu Hispanorum, & Italorum contra Gallos anno 1512. propè Rauennam profligato exercitu Pontificio, cæsisq; Hispanis militibus, à Gallorum, & Alphonso Ducis Ferrariæ copijs ipse Legatus ab exercitu inimico captus, & ductus vltra Padum propè Mantuanorum Ciuitatem in quodam cōtubernio detentus est: ex quo loco Arnaldus Papiensis miles strenuus secum Cardinalem deduxit, quos Mantuam ingressos Franciscus Marchio regio suscepit hospitio. Ibi Lucas Gauricus eodem tempore degebat cum quodam Monaco, qui Monacus testibus Gaurico, & Arnaldo illo milite his verbis cadentem Cardinalis animum erexit. Illustrissime, ac Reuerende Pontifex (ij erāt illorum temporum tituli) Vaticinor tuæ Celsitudini alteram Legationem magis lucrigeram, atq; honorigeram, deinde non multis mensibus post omnes tui ab Vrbe florida profugi patrios redibunt in lares, cum honore maximo, & tu eris propediem summus Antistes. Quod num factum sit, videant vniuersi, Statim ac liber euasit, cum ad Ciuitatem Felsineam aduentaßet, Iulius 2. illi præ munere dedit Legationis, & post mortem illius creatus est Pontifex Maximus, dum ageret annum ætatis suæ 38. cōsanguineosq; omnes, & parentes Florentiæ restituit.

Hæc, & plura alia prætermitto, quæ & admirationem conciliant, & fidem scientiæ, quæ si homo natura, non proprio duci velit arbitrio Astrorū influxus in humanis corporibus præualere apertißimè demonstrāt. Ecquis verò non sciat hominem,

ad

ad cuius gloriã facti sunt Cæli, non subijci influxibus, nisi quantum velit? Quis non sentiat sapientem dominari sideribus, quia non natura fertur, sed mente? Quis demum nõ agnoscat liberam hominis voluntatem, quæ cogi non potest, Astra.n. inclinãt, non cogunt. Sed de prædictionibus dictum sit satis, reliquum est, vt de modo prædicendi aliquid dicamus.

Astronomus prudens, & Astrologus sapiens, qui toto suæ vitæ cursu obseruationibus, studijs, & scriptis illustrauerit maximo labore scientiam (non loquor de rudibus, & vulgaribus illis, qui audacter loquuntur, & vt vulgò dicitur, Se ne danno quindici alla dozena, *dum altas, & difficiles prædictiones demonstrare intendit, præcipuè causas ex cælesti influxu præliorum, tumultuum, & mundi accidentium, multiplices considerat causas, quæ considerandæ sunt per Orbes magnos, per cõiunctiones magnas, & per luminariũ Eclipses. Ex causis aliæ sunt inferiores, aliæ superiores. Inferiores causæ efficientes prælia sunt dominationes terrarum, & possessionum, vindicatio iuris, & regni, & dominij habitationum terrarum, oppidorum, & Ciuitatum, penuria rerum ad vsum hominum, ex quibus omnibus causis accidunt lites, contentiones, & rixæ inter homines, & præcipuè inter Reges, & Principes diuersarum nationum, & fiũt inter ipsos prælia, incendia, latrocinia, & sanguinis effusiones, sicuti satis patet, & expertum est in multis locis, & præcipuè in nostro Comitatu, quod vtinam amplius non succedat.*

Causæ autem superiores horum accidentium sunt quædam constellationes, & coniunctiones cælestium corporum mouentes homines, & spiritus illorum ad malum. Sunt itaque septem Planetæ, quorum coniunctiones sunt multiplices, coniunctiones autem possibiles inter Planetas sunt centum & decem nouem, prout dicit Ptolomeus in Centiloquio: non obliuiscaris centum decem nouem cõniunctiones, quæ sunt inter stellas erraticas, in illis enim est maior scientia rerum, quæ fiunt in hoc mundo generationis, & corruptionis, vt probat Abram Auenar in suo libro de coniunctionibus magnis, & reuolutionibus annorũ cap. primo. Ioannes Hispalensis in suo quadripartito parte prima.

Haly

Haly super cẽtiloquium Ptolomæi, & alij. Istarum coniunctionum quædam habent significationem super magnos effectus, & durabiles in mundo, quemadmodum sunt mutationes sectarum, pestilentia, fames, mortalitas, prælia, combustiones, & depopulationes, cuius causa sunt cõiunctiones planetarum altiorum, sicuti expreßè patet, & præter hoc coniunctiones, & Eclipses luminarium prædicta magna accidentia demonstrant.

Agunt quidem in hoc mundo præcipuè Lunæ, & Solis Eclipses, at non ex Solis luminarium defectibus habemus originem eorum, quæ in sublunaribus fiunt, sed à coniunctionibus cæteris Planetarum quippe magis durabilibus, à quibus mutationes regnorum, & bella, & mortalitates hominum præuidemus. Nec ex sola Eclipsi Lunari, quæ secuta est anno 1523. die 25. Augusti h. 15. 15 p. m. in Piscibus, vt putat Cardanus, & alij, pestis illa atrox, quæ trium mẽsium spatio in Vrbe Mediolani, & prouincia 100. millia hominum absumpsit, orta est; sed ex magna planetarum synodo, & coniunctionibus illis, quæ anno 1524. de mense Februarij conuenerunt in Piscibus, quod neq; maioribus vnquam prospectum est, neq; posteritas vnquam aspiciet. Præsenti anno (hæc sunt verba grauissimi Auctoris, dum annum 1524. calculo describeret) errantium siderum habitudines miratu dignissimæ accident: In mense. n. Februarij 20. cõiunctiones tum minimæ, tum mediocres, tum maximæ accidẽt. Quarum 16. signum acqueum possidebunt, quæ Vniuerso ferè Orbi, Climatibus, Regnis, Prouintijs, statibus, dignitatibus, belluis, marinis, cunctisq; terræ nascentibus indubitatam mutationem, variationem, ac alterationem significabunt, talẽ profecto qualem à pluribus sæculis, ab historiographis, aut natu maioribus vix percepimus. Notate Viri, & leuate capita vestra.

Hinc pleriq; illorum temporum Mathematici magnum aliquid oriturum in Vniuerso prædicebant. Multi diluuium expectabant, & tanta fuit aquarum copia, vt præ cæteris Italiæ, & Vniuersi locis, Tibris inundauerit Romam, & tale attulerit detrimentum, vt viuant adhuc infelicis illius memoriæ vestigia. Alij nouas sectas, & religiones orituras in partibus ad Septen-

tentrionem vergentibus prædicabant, & ecce Lutherus, Caluinus, & aly, qui impurissimis erroribus fidem populorum, & gentium vbiq; contaminarunt. Aly bella, nouitates in populis, iurgia, lites, tumultus, dolos, insidias, nobilium interfectiones, & Ciuium simultates, & odia; inter Principes, & Reges prelia, obsidiones, depopulationes regionum, subditorum oppressiones, & crebros mortalium interitus cogitabant, & illis statim temporibus in Italia præcipuè omnia visa sunt; & quia in signo Mediolano dominanti cōiunctiones acciderant, hæc omnia ferè semper circa ipsum exercita sunt. Descendunt ex Alpibus Gallorum exercitus. Mediolanum à Gallis capitur, dum exeunt Hispani. Papiam obsidione cingit Franciscus primus Rex Galliæ. ibi profligato exercitu ab Imperatoris copiis capitur ipse Rex interfecta pleraq; Galliæ nobilitate, rursus Mediolanum ab Hispanis recipitur, & eodem tempore rupto fœdere, quo cum Imperatore Clemens vij. vinciebatur, cum Venetis, Gallis, & Florentinis ad statuum reciprocam defensionem contra eumdem Imperatorem coniungitur.

Aly diuersa morborum genera, Epydimias ex aeris infectione, & pessima ægrotationum contagia, & ferè singulorum animantium mortes pronosticabantur, & subsecuta est sæuissima pestis, de qua meminit Cardanus libro geniturarum, quæ licet toti communis fuerit Italiæ, præcipuè tamen in patriam ipsius sæuire visa est.

Hinc suā tot effectus originem habuere, hinc tot quæ cum admiratione legimus in historys post acta satis ante preuisa exierunt. Non satis erat magnam fieri Saturni, & Iouis coniunctionem, à qua fiunt motus ingentes, accidentia sæua, & calamitosæ malorum explicationes, nisi ferè senaria Planetarum Synodus Vniuerso terrarum Orbi mutationem portenderet? & quanto maiora expectanda erant, cum plurium Planetarum Vires admiscerentur, fieretq; coitus diuersæ hostilitatis, & præsertim cū id accideret in horis notandæ significationis, scilicet priusquam Sol ingrederetur in puncta æquinoctial a? Luna verò omnium fida delatrix influxuum, dum tot planetarū constitutiones per-


 mea-

meabat, portenta in rebus maxima, motus terribiles, æstus malorum plurimos, & calamitatum omnigenam multitudinem portendebat, augebat.

Igitur esset tractandum, quomodo sit de his omnibus pronosticãdum per magnas coniunctiones, & de his anno præterito diximus, addidimusq; rationem ex Keplero lib. de trigono igneo, propter quam magna coniunctio, à qua pendebunt viginti annorum sequentium effectus, fieret in piscibus signo aqueo, cum vera coniunctio in Ariete signo igneo supponatur; per Luminarium Eclipses, de quibus inferiùs suo loco dicemus, cum vigeat influxus Lunaris Eclipsis, quæ anno præterito die 27. Septembris secuta est; & per dominia Orbis magni, cuius Orbis magni necesse est cognoscere initium in quo fuerit, & extrahere dominium illius iuxta doctrinas, & inuestigare diuisorẽ anni illius, & signum profectionis orbis magni in quo fuerit, & etiã gradus profectionis, & inuestigare dominium coniunctionis magnæ, & similiter dominum Eclipsis Solis, & Lunæ. Dico igitur secundum sententiam Ptolomæi 2. Quadripar. cap. 8. cum quo concordat Albumasar de coniunctionibus magnis differentia prima, Saturnus cum fuerit dominus orbis magni, aut dominus alicuius magnæ coniunctionis, aut alicuius Eclipsis luminariũ precedentis, & illius significatio fuerit super humanam spetiẽ, significabit ea, quæ competunt illi naturæ, veluti fugas exercituum, timores, & mortalitates senium, quorum natura est frigida, pariter pauperum in populo secundum doctrinam illorum; & si pariter dominus orbis magni, ac etiam dominus ascẽdentis orbis magni fuerint Planetæ humidi, & pluuiosi significabunt abundantiam imbrium, & pluuiarum; & eò fortius si signum profectionis orbis, & ascendens eius fuerint signa humida, & pluuiosa; & eodem modo iudicabis in tempore diuisionis per diuisores, & per gradum profectionis, & Planetæ pluuiosi sunt Venus, Mercurius, & Luna secundum sententiam Dorothei, & Sergij in capite de temperie aeris, quæ ponuntur in fine libri nouem Iudicum, & secundum Alchindum in sua epistola cap. 6. & secundum Ptolomæum 2. quadripartiti, se-

cundum Albumasar de magnis coniunctionibus; secundum Hermetem in tractatu suo de imbribus, & eumdem Albumasar in 6. maioris introductorij differētia 24. & Haly super primum quadrip. & sic de alijs Planetis: Iuppiter in exaltatione dignitates in hominibus, qui particulari cæli positu concurrunt cum illis: Mars per hominum crudelitates, per prælia, incēdia, & alterationes magnorum, vt optimè notat Haly in cap. 6. Quadrip. Ptolomæi: Vnde si Ioui applicuerit, vt Hermes loquitur, succedūt omnia propter rerum mutationem infortunarum vnius, in alia, si applicatio fuerit in tempore significationis generalis, & cum inspiciat ad significationem alicuius Sectæ, vel Religionis. Pariter de Venere eodem modo sublimitates, & honores, pacem. De Mercurio in actionibus, & consilijs secundum posteà habitudines ad alios Planetas. Luna secundum Albumasar, Haly, Hermetē, cædes inter Reges, & vulgus, militum inobedientias, & similia.

Sed de his hactenus; transeamus ad alia, & primò de Eclipsibus.



IN quest'anno seguirãno due Ecclissi ambedue solari, la prima alli 8. di Marzo in Casa di Gioue, ma perche nõ la vedremo, nè potremo osseruare, lasciaremo il discorrerne à quelli, à i quali toccaranno gli suoi influssi, che non saranno deboli: si oscurerà a quei Popoli nell'America, e in quelli regni Australi.

La seconda seguirà il primo giorno di Settẽbre, ne parimente potrà essere osseruata, in Casa di Mercurio cõ la presenza di detto Mercurio: potrebbesi circa il fine di essa vederne qualche vestigio, e da douero hauerne gl'influssi gli osseruatori, & habitatori di quelli paesi, nelli quali seguirà. Dunque non occorrerà far alcuna mentione d'ecclissi, che hauremo da tanti altri particolari accidenti di momento, che nõ occorrerà cercarne influssi da queste Ecclissi, che seguono, essendo in cãpo quelli minacciati dalle passate, & in parte effettuati. Onde per discorrere quattro righe sopra dell'anno corrente, e per sodisfare alla curiosità commune, porgendone occasione le reuolutioni, & accidenti presenti preuisti, & accennati tant'anni innãti, & antiueduti da intelligenti di queste dottrine apportati parimente da molti Autori antichi, e moderni, come habbiamo mostrato, che ciascheduno desiderarebbe vederne la fine, e che si smorzassero tanti odij, e ruine, e dominasse la quiete, e pace vniuersale, che si durerà fatica arriuarci, douendo però in tante ruine, & alterationi a cõfusione de'nemici della S. R. C. aggrãdirsi la nostra Religione Catolica, che lo dimostrano dottrine infinite, douendosi abbassare l'ardire de gl'infedeli, e distruggersi alcuna delle loro sette, e preualer la Catolica Religione.

In quest'anno dũque stimerei (attaccato il mio discorso

a dot-

a dottrine fondate, con tutto che all'apparenza si douesse pensar in contrario)fosse per esser vario d'influssi moderni, ma che per la maggior parte assai buono, e felice per vn Soggetto grande, che potrebbe contro l'opinione commune terminare li suoi pensieri simili, e con tutto che vn Gran Martiale accompagnato da Consigliere della natura del segno, in cui si ritroua Mercurio, possi consigliarlo a disturbare li trattati, ad ogni modo la di lui malignità non giongerà tant'oltre, che scoperta nõ riuscisca ottima conclusione delli negotij trattati: saranno grãd'alterationi fra congiõti per occcasioni graui. Ciascheduno vorrebbe lauorare di suo capriccio sẽza riguardo all'honesto, e preualerà vn Giouiale, con tutto che vengano ritardati li buoni pensieri da quel Pianeta, che domina il primo segno. Et in tanti regiri, trattati, e discorsi s'aggrandiranno, e resteranno in molta stima, e grandezza con ottimi successi quelli, che vengono dominati dalla nona Casa.

Accaderà la cõgiontione di Gioue, e Venere circa li 22. di Marzo, verso del tramontar del Sole, e si farà in cõpagnia quasi di tutti gl'altri Pianeti, Marte solamente in Casa di Saturno starà a vedere Mercurio in compagnia di quegli altri, che lo guarda di aspetto sestile, e precipitosamente pronto a turbare li negotij, che trattarà Mercurio per romperli con qualche impresa martiale, che ruini ogni cosa, ma non potrà, concorrendo li Popoli ancora in parte a questo buon pensiero, e se li consanguinei insieme si accorderãno, passerà bene ogni trattato. Vorrebbero quei Pianeti poner in piedi vn negotio di parentado, ma non concluderanno. Seguirà detta congiontione in Casa di Marte; questo galant'huomo è sempre in ordine, ne può succedere alcuna buona constellatione, che subito anch'esso (se non conuiene con quelli) non cõparisca a disturbare, & a porre

in piedi qualche zizania, & a procurare sempre accidenti, che ritardino li buoni effetti, e tenere in piedi il negotio da lauorare con li suoi influssi. Dimoreranno poco, doppo la congiontione, li sudetti Pianeti in quella Casa, perche Venere non volendo per hora dimorare in Casa di Marte, se ne passerà poco doppo in Casa sua, e chiamerà seco lo stesso Gioue, per vedere tutti duoi insieme quello, che possono operar di buono per noi, perche si trouerãno nell'horoscopo della fondatione di questa nostra Città, doue Venere si tratteneràpoco, ma Gioue ci dimorerà sino alla fine di Agosto; che per prima hanno dimorato nella Casa de gl'inimici in Casa di Marte nella nascita della fõdatione di quella con altre pessime cõstitutioni in riguardo a detta radice della fondatione, donde si cauano gl'accidenti moderni, e perciò l'anno passato non piacque a qualcheduno in Bolona, e fuori ancora, che Io tanto apertamente lamentassi la mia Patria, mentre vedendo tante sciagure, incendij, & incõmodi minacciati a noi, & ad altri sotto lo stesso segno della fondatione, che non nominai, che hãno sentito gl'influssi, e qualch'altro dourà sentirli ancora, ne si glorierãno andarsene assenti, mentre dissi: D. O. M. *dulcem Patriam meam custodiat, in qua video mala sidera influere.* Però tornate le ossa al suo luogo, qualcheduno prouerà gl'influssi, e le sue miserie, e chi è stato fin'hora ne gli affanni, potrebbe star'a vedere senza compatire. Stimerei per tanto, che da questa constellatione si potesse aspettare qualche buon'influsso, e che ci ponessimo in speranza di quiete, che douesse succeder'in qualche parte, ò per trattati negotiati da soggetti, che dirãno da douero, e schiettamente il fatto senza adulationi (poiche li Prencipi grandi hanno sempre intorno adulatori, e gẽti, che dicono a suo modo, ne costoro gli mostrano il vero) si che preualendo l'humilta, e la misericordia, doueri sperare

rare li buoni influssi di questa felice cōgionti per queste nostre parti, e che fossimo per sperare la quiete, e pace, ma passati quei tempi, e che la malignità, & ostinatione preualesse ò per ignoranza de gl'huomini, ò per occulto Giuditio di Dio, per punir li nostri peccati, ò per mali negotiati, dubitarei da douero nō pigliassero piede li negotij, e che caminassimo poi in simili turbulēze sēza rimedio, e sperāza di bene, e che doppo questa buona constellatione non corressimo a prouare noi, & altri ancora gl'influssi cattiui della congiontione delli malefici, che si celebrarà verso del principio di Luglio in quella Casa nominata di sopra, e l'vno, e l'altro malefico congiunti di sestile al Sole, cō tutto che sij per fare forza Gioue potente nella nominata parimente, & in detta congiontione nella Casa infelice in aspetto quadrato di Mercurio in Casa di quello maligno, si che questa congiontione non sarà fuori di questi particolari, se nō per apportar trauagli, & effettuare gli suoi influssi ne i tempi auuenire, facendone Io molta stima, per esser vna delle maggiori cōgiontioni de' Pianeti, e la più infelice constellatione, e da maggiormente temersene li suoi influssi.

DELL' INVERNATA.

Omincierà l'Inuernata, quando il Sole entrarà nel primo punto del Capricorno alli 21. Decembre all'hore 6. dell'horologio commune. Il Sole si trouerà con Venere sotto terra in aspetto quadrato con Saturno, che si trouarà nell'ottaua mansione del Cielo con Gioue in Casa di Marte, che sarà congiōta con Mercurio in Casa di Gioue sotto terra; la Luna eleuata verso della nona mansione del Cielo in segno di sua essaltatione libera dalli aspetti di tutti i Pianeti, e che se ne stà potente sopra di quelli.

De-

Desiderabbe ella insieme con questo benefico apportare qualche cosa di buono in questi tempi con tutto, che venga impedita da quel Saturno, ad ogni modo cercarà superare, e forsi conseguire quello, che desidera. Gioue nell'ottaua insieme con Saturno nella Casa di Marte vorrebbe apportare anch'esso per forza buoni influssi con tutto, che sij in compagnia di quel galant'huomo, e che Marte lo tenga stretto in quella Casa, e che ambiduoi lo minaccino di operare con loro contra il suo influsso, che vorrebbero, che qualche Giouiale cadesse al suo dispetto in quello influsso, che minaccia quella casa. Marte, che si è discostato da quella stella martiale, e venenosa, e che si troua congiurato con Mercurio, che anch'esso si è fermato seco poco prima darà da pescare alli sogetti Grandi della natura dell'vno, e dell'altro, a che li soldati non si vorranno addormentare alle parole, ne con l'esser in piedi discorsi grādi con persuasioni, e promesse, si potrà temperare gli sdegni con cerimonie, & adulationi, con tutto, che Gioue, che li và trattenendo in Casa sua cercarà placarli, e persuaderli alle conclusioni di ottimi fini, che con fatica non si potrāno indurre, ancorche sijno euidenti li danni loro.

Quello Pianeta eleuato nella sua essaltatione, che domina li disturbi communi, e plebei opererà in diuerse parti gli suoi influssi ponendoli sottosopra, e potendosi poco promettere li Grandi della loro potenza.

Si che hauremo tanti intrichi, e viluppi da costoro, che si faranno sentire in questi tempi, e ci pensino quelli, a cui sono minacciati gli influssi da quelli Pianeta in Casa di Marte in quella Casa infelice, che sarebbe odioso discendere alli indiuidui, e quelli sentirebbero mal volontieri le dottrine, che possono attaccarsi in questi particolari. Li huomini Mercuriali, e che itēdono il mestiero di negotiare nō si potranno guardare di non venire minacciati da soggetti militari, e martiali, che gl'impediranno li trattati, e li braua-

